



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCIII. Markgraf Albrecht von Brandenburg überläßt der Stadt Friedland den  
Marktzoll daselbst, am 20. Februar 1282.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

liberalitate propria donavimus perpetue possidendas, inferentes, ut dicta ecclesia fruatur in possessione villarum prehabitarum omni plenitudine judicij secularis & perfecta gaudeat libertate, ab exactione qualibet, precaria & quolibet servicio omnino libera & exempta, nichil nobis in eisdem villis juris seu servicii reservantes. Volumus nichilominus, ut supradicta ecclesia Dobertinenfis utatur omni jurisdictione, videlicet silvis, pratis, paschuis, piscationibus, aquis aquarumve decursibus, agris cultis & incultis, vallibus et collibus, cum certis dictarum villarum terminis deputatis. In hujus quidem rei evidenciam pleniorum presens scriptum fieri iussimus ex certa nostra scientia & sigilli nostri munimine roborari. Testes vero hujus rei sunt nostri milites Helmar de Dramsene, Arnoldus jaghowe, Ghevert de Alvensleve, Hermannus de boyster, Johannes de Croghe, Johannes de Numelose (Cumelose?), Zabellus de Reddigstorp, Hinricus Soneke, Hinricus Misnerus, Petrus de Wotenowe, Bernardus & Hinricus fratres de Peccatle, Fridericus Dargaz, & alij quam plures viri ydonei & honesti. Acta sunt hec anno Domini MCCLXXXII. Datum Wefenbergh XII Kalendas Februarij.

Nach von Rudloff, Cod. dipl. hist. Meg. I, 107. 108.

**CCIII.** Markgraf Albrecht von Brandenburg überläßt der Stadt Friedland den Markt Zoll daselbst, am 20. Februar 1282.

Nos Albertus, Dei Gratia Brandenburgensis Marchio, recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod dilectis nostris Civibus in Fredelandt, ob ipsorum preclara merita, ut ipsius valeant amplius disponere commoda Civitatis, et ejusdem Civibus et civitati prehabite forensis Thelonium donavimus (iure) proprio perpetuo possidendum. Et ut nullum super premissis eisdem dubium oriatur, et a nobis et nostris heredibus perpetuis temporibus inviolabiliter et plenius observentur, presentem paginam scribi iussimus et sigilli nostri munimine roborari, in evidens Testimonium et memoriam sempiternam. Hujus rei Testes sunt dominus Hemp., dominus Spula, dominus Guntherus de Reberg, dominus Otto de Walckenberg, dominus Friedericus de Osterwolde et Otto de Stargardt, tunc temporis Advocatus, et alij quam plurimi fide digni. Datum Soldwedel, Anno Domini MCCLXXXII. X. Calend. Martii.

Nach Kllver a. a. D. II, 140. und Franke's Alt und neu Mecklenb. V, XII, 84. mit Verbesserung augenscheinlicher Fehler.

**CCIV.** Beatrix Markgräfin von Brandenburg schenkt dem Hospitale zu Görlitz zwei Hufen Landes im Dorfe Gerwickesdorf, am 8. März 1282.

In nomine Sancte Trinitatis Amen. Negotia, que geruntur in tempore, ne naturam sequantur temporis delabentis, eternari solent memoria litterarum nec non appensionibus sigil-